



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

V. Consolatio ad patientiam in morte cognatorum, parentum, liberorum,  
fratrum, sororum, mariti, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**

*Luc. 16. v. 1.* sed dispensatores. Ad hæc hortaberis ipsos, ut im-  
*Psal. 6.* deratius ament bona fortunæ; quò enim impen-  
 Divitiæ si *Psal. 6.* deratius ament bona fortunæ; quò enim impen-  
 affluant, *Psal. 6.* deratius ament bona fortunæ; quò enim impen-  
 &c. *Psal. 6.* deratius ament bona fortunæ; quò enim impen-  
*Eccl. 31. v. 24.* deratius ament bona fortunæ; quò enim impen-  
 putavi aurum, &c.

V. CONSOLATIO, VEL PARÆ-  
 NESIS ad patientiam in morte cognatorum,  
 parentum, liberorum, fratrum, sororum,  
 mariti, uxoris, &c.

**I**N EXORDIO docebis ex S. litteris, non esse illi-  
 citum luctum pro mortuis, eò quòd sanctissimi  
 quique exitum suorum deplorârunt: ut Abraham  
 mortem Saræ uxoris: & Joseph cum fratribus suis  
 mortem patris sui Jacob: Hebræi mortem Moy-  
 sis: David mortem Saulis, Jonathæ, & filii Abso-  
 lonis: ipse Christus Lazari, & Act. 8. v. 2. viri timo-  
 rati dicuntur planxisse planctu magno ob mortem  
 B. Stephani.

*Modus in lu-*  
*ctu, ut & in*  
*aliis rebus*  
*adhibendus.*  
*Omne nimium*  
*est inimicum*  
*natura.*  
*1. Theff. 4. 12.*  
*Lachrymis*  
*nihil profi-*  
*cimus.*

**I**N PROPOSITIONE: Te ut dolorem Audi-  
 torum, si non sanare, utcunq; tamen levare queas,  
 mortuos nequaquam immoderatè esse lugendos  
 probaturum.

**C**ONFIRMATIONIS I. Locus *Ab in com-*  
*modis immodici luctus.* Nam *Primò*, qui plus æquo  
 indulget luctui in charorum obitu, is & jacturam  
 quodammodo facit fidei in Christum & spei, ut  
 indicat Apostolus, cum ait: *Non contristandum de*  
*dormientibus, instar gentilium, qui spem non habent*  
*alterius vitæ.* *Secundò*, quia immoderatio luctus  
 multòs conjecit in graves morbos, vel etiam è me-  
 dio sustulit, licet conarentur illum suppressere.  
*Tertiò*, quia ea immoderatione ostendimus nos  
 non solùm divinæ, sed etiam propriæ, quod ridi-  
 culum est, repugnare voluntati, cum tamen sa-  
 pientia-

pietissimi & optimi ac justissimi Dei voluntate  
& providentia id fiat, quod non solum est justissi-  
mum, sed etiam consultissimum & optimum, &  
quotidie in Oratione Dominicadicamus: fiat vo-  
luntas tua, & adveniat regnum tuum S. Hierony-  
mus ad Paulam: Bonus, inquit, est Deus & omnia  
qua bonus facit bona sunt necesse est. Et: Vnicus filius  
raptus est; durum quidem, sed tolerabile quia sustulit  
ille, qui dederat. Et S. Cyprianus de mortal. Quam  
preposterum est, quamque perversam, ut cum Dei vo-  
luntatem fieri postulemus, quando evocat nos & accer-  
sit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis ejus im-  
perio pareamus. Et: Quid ergo rogamus & petimus,  
ut adveniat regnum caelorum si captivitas terrena de-  
lectat?

II. Ab utili seu commodis matura mortis: quia e-  
nim evocari à Deo ex hac vita, non est aliud, quam  
animam nostram, quæ corpori tanquam carceri  
inclusa est, liberari è carcere, & ex miserrima car-  
nis, mundi, & diaboli servitute in perfectam li-  
bertatem vindicari: certè non est plorandum, sed  
gaudendum in obitu piorum; sanguine vel ami-  
citiæ conjunctorum; imò magis gaudendum est  
de iis, qui in puerili; vel alia florenti ætate mo-  
riuntur, quàm qui senectute: quia citius è carcere  
vel captivitate liberantur. Hinc Cyprianus de  
mortal. Per Salomonem, ait, Spiritus S. docet, qui Deo  
placeant, maturius hinc eximi, & citius liberari, ne  
dum in isto mundo diutius immorantur, mundi conta-  
gibus polluantur. S. Basiliius Hom. 5. in Martyrem  
Juliam: Non audis, ait, dicentem David: Educ de  
carcere animam meam? multifarium angorem mo-  
lestiamque indicantem, &c. Et: Simeon Dominum no-  
strum suo ulnarum astringens complexu, ejusmodi vo-  
cem emisit: Nunc dimittis servum tuum Domine.  
Ei enim, qui ad coeleste domicilium festinus contendit,  
omni carcere gravior est hac in habitatio corporis.

Multis ma-  
lis beneficio  
mortis libe-  
ramur.  
Syr. 40. v. 1.

Psal. 141. v. 8

Luc. 1. v. 26.

*A moriendi  
necessitate  
nullus, quan-  
tumvis san-  
ctus, potens;  
aliisque donis  
preditus, est  
exceptus.*

*Hom. 4. de  
grat. actione.  
Iob 1. v. 22.  
Deum libe-  
ris praeferi.*

*In 2. Thes. 4.  
v. 12.*

*2. Reg. 12. 20  
& 13. v. 31.*

*Epist. 15.  
Plura exem-  
pla vide in  
epist. S. Hier.  
ad Heliodor.  
& in conso-  
lat. Seneca  
ad Mariam  
c. 24.*

III. *Ab inevitabili necessitate moriendi omnibus ho-  
minibus communi:* Quis enim perpetuo vixit, &  
mortis inexorabilis vincula effugit? mortales su-  
mus sicut lilia & flores omnes: ut ergo gramina  
corrumpi, & solem occidere non ægrè patimur;  
sic hominem mori æquo animo ferendum est.

VI. *Ab exemplis fidelium, qui siccis oculis libe-  
rorum aliorumque funera pertulerunt.* Job cum  
universalis liberorum turba periisset, *Non ejularit, ait*  
S. Basilius, *non sibi evulsi comam, vocem ingenerosam*  
*nullam emisit; magis verò celebrem illam, & omnium*  
*ore decantatam gratiarum actionem deprompsit:* Do-  
minus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino pla-  
cuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedi-  
ctum. Cum Patriarcha Abraham unicum suum fi-  
lium sua manu interficere mandaretur, non restitit,  
ait S. Chrysost. *imperanti, non rationem facti popo-*  
*scit; sed tanta cum alacritate paruit, ut & plura quoque*  
*si imperata essent, factururus fuisset.* S. Ambros. oratio-  
ne de obitu Valentiniani: *David, ait, moriturum*  
*filium flebat: mortuum non dolebat, &c.* Mater Ma-  
chabæorum ob mortem septem filiorum lachry-  
mis & luctui sese non tradidit, sed Deo egit gra-  
tias, quòd illos igne, ferro, aliisque suppliciis ab  
hac carne dissolvisset. Idem dici potest de S. Feli-  
citate spectatrice Martyrii 7. filiorum, & de S. Sym-  
phorosa item 7. filiorum Martyrum matre. S. Hie-  
ronymus de S. Melania: *Calente, ait, adhuc mariti*  
*corpuscule, & necdum humato, duos simul perdidit fi-*  
*lios, &c.* *Quis illam tunc non putaret more lymphatico,*  
*sparsis crinibus, veste conscissa, lacerum pectus invade-*  
*re? lachryma gutta non fluxit, stetit immobilis, & ad pe-*  
*des advoluta Christi, quasi ipsum teneret, arrisit, expe-*  
*ditius, inquit, tibi servitura sum Domine, quia tanto me*  
*onere liberasti.*

V. *Ab exemplis gentilium, qui ab immoderata il-  
la suorum deploratione abstinuerunt.* Anaxago-  
ras

ras, & Telamon nuntiata morte filii, responderunt, *sciebam me genuisse mortalem.*

In EPILOGO, monebitis Auditores, ut cogitent etiam sibi paulò post esse moriendum, & amorem liberorum, uxoris aliarumque rerum charissimarum amori Dei postponant; tum quia primum & maximum mandatum est, de Deo ex toto corde, anima visceribus, diligendo; tum quia Christus disertè contestatus est: *Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus.* Et: *Qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.* Matth. 10. v. 37.

VI. VITUPERATIO HYDROPIS  
*divitiarum seu Avaritiæ.*

EXORDIUM ducetur à dignitate nostræ conditionis, qui ad hoc solum creati sumus, & in hoc redempti, ut summo illo bono semper fruamur; totam verò hanc mundi machinam fabricatus est Deus, ut omnia nostris servirent usibus.

PROPOSITIO: Cùm igitur admodum sordidum sit, & angusti animi, pauperes Christi discipulos, & ad longè meliorem possessionem vocatos, res mortuas & vilissimas, quas etiam gentiles magno animo contempserunt, ut magnum quiddam admirari, decretum tibi esse dices, Auditores ab ardente cumulandi divitias siti dehortari.

CONFIRMATIONIS I. LOCUS, *ab effectis* Bar. 3. v. 14. Greg. 4. mor. c. 3. *hujus morbi.* PRIMÒ, Quòd regno cælorum nos excludat, & æternis inferni pœnis addicat. Sic enim loquitur Propheta Baruch: *Vbi sunt qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines? exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.* Et Christus: *Va vobis divitibus, qui habetis hic consolationem vestram.* Et: *Facilius est camelum, &c. Tum S. Jacobus: Agite nunc divites, &c.* alterius vitæ gaudia sperent?

SECUNDÒ, Quòd insana hæc divitiarum appetitio semper cum proximi injuria sit conjuncta. Cap. 5. v. 13. Col. 3. v. 4.